22

antonius ait. Non necesse est fiat ut hec michi facias. habeo
enim unctionem hanc intra me. Uerumtamen bonum michi est et bene
placet michi. Extensisque manibus ac iunctis palmis psal
mos penitenciales cum fratribus decantans ad finem usque conple
uit. Cumque dimidia fere hora sustinuisset. sanctissima illa
anima carnis ergastulo soluta in abyssum claritatis ab
sorpta est. Corpus uero dormientis omnino speciem prefe
rebat. Nam et manus eius in candorem conuerse pristini coloris
pulchritudinem uicere. contrectatam tractantium libitui se
prebebant ductilia. Quere sanctus altissimi seruus qui uno tempore
uiuere inuit et dominum uidere. O sanctissima anima quam et si cru
delitas persecutoris non abstulit palmam tamen martirii
miles pertransiuit. Te ergo digne pater deuocionis hostiis
persequentes benignus assume. et quibus ipse non licet attendere
uultum dei pro nobis precator assiste amen. Lectio

tecta v corporis membra p con

Fratribus igitur studiosissime ab extraneis et ami
cis ac notis felicem eius transitum celantibus. ne ui
delicet populorum frequenciam premerent incursu. pueri
per ciuitatem cateruatim incedentes clamabant dicen
tes. Mortuus est pater sanctus. mortuus sanctus est antonius.
Audientes autem hec populi conglomeratis agminibus
ad cellam currunt. et artis sue penitus obliti. cui bene

License: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. 139v – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/en/pal/L/139v)